

Clun. Abbas duos ex fratribus suis mittat ad visitandum Monasterium sepeditum, quibus decenter ac benigne receptis, ab eodem Monasterio moderate procuratio tribuatur: & ipsi, Abbatis ejusdem loci consilio requisito, corrigant, si quid in ipso Monasterio circa monachos, & conversos, aliasque personas corrigendum invenerint, & stant, quod circa eos fuerit statuendum. Si vero aliquid corrigendum in Abbate invenerint, ad Rom. Pontificem illud referant, & sicut ipse mandaverit, in ejus correctione procedant. Cum autem Clun. Abbas ad Monasterium sepeditum accesserit, Abbas ejusdem loci ei, tamquam priori Abbati, cedat in choro, capitulo, & in mensa. Abbas vero Clun. in membris corriget, quod fuerit corrigendum; si quid forte in Abbatis persona correctione dignum invenerit, id ad aures Romani Pontificis proferre procuret, ut juxta beneplacitum ejus in Christo negotia procedant. Præterea Clun. Abbas ad Monasterium jam dictum accedet cum viginti quinque equitibus, & triginta personis; fratres vero, cum illuc causa visitationis accesserint, quatuor equitibus, & sex personis tantummodo sint contenti. Ut igitur in perpetuum compositio supra scripta, de procuratorum assensu facta, inviolabiliter observetur, nos eam auctoritate apostolica confirmamus, statuentes, ut nulli omnino hominum liceat, hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursum.

Confirmatur a Pontifice.

Dat. die 14. Junii an. Dñi 1141. Pontific. anno. xii.

Datum Viterbii IV. Idus Julii Pontificatus nostri anno XII.

LXXII.

Confirmatio bonorum omnium Monasterii S. Bartholomæi Fesulan. Diocesis, cui nonnulla conceduntur privilegia.

Ex Verbell. Sub. S. T. III ubi de Episc. p. Fesulanis.

Innocentius Episcopus, Servus Servorum Dei, dilectis filiis, Gregorio Abbati sancti Bartholomæi, ejusque Fratribus tam presentibus, quam futuris, regulariter constitutis, in perpetuum.

Exordium.

Desiderium, quod ad Religionis profectum, & animarum salutem pertinere monstratur, animo nos decet libenti concedere, & petentium desideriis congruum impertiri suffragium. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus, & beati Bartholomæi Apostoli Monasterium, quod juxta montem Fesulanæ civitatis situm est, cum omnibus suis pertinentiis, sub beati Petri & nostræ protectione suscipimus, & presentis scripti privilegio communimus; Statuentes, ut quascumque possessiones, quæcumque bona, idem Monasterium impræsentiarum justè & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu justis aliis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus, & illibata permaneant; In quibus hæc propriis duximus exprimenda vo-

Monast. sub protectione Sedis Apost. recipitur.

Ujusque bona omnia confirmantur.

cabulis: Monasterium S. Salvatoris de Alenacum Ecclesia S. Potiti, Ecclesiam S. Martini in Fugnano, in Campo Novoli Ecclesiam S. Martini cum decimis & omnibus suis pertinentiis, & adjacentiis, & quicquid in Bononiensi Episcopatu præfatum Monasterium habere cognoscitur: in Capraja medietatem Ecclesie S. Christinæ, in Ripula Ecclesiam S. Salvatoris, Ecclesiam S. Michaelis de Marene, in Ripalta Ecclesiam S. Andree, Ecclesiam S. Donati de Fronzano, in Biviliano medietatem Ecclesie S. Mariæ, curtem de sancto Dominno cum omnibus decimationibus suis, curtem de Papiana cum pertinentiis suis, & quicquid in plebe sancti Donati de Calenzanu possidere dignoscitur, cum decimis, & suis pertinentiis, sive in plebe sancti Stephani de Campi, seu in plebe S. Martini in sito Brozzi, vel etiam in plebe S. Juliani in Septimo, aut infra plebem S. Joannis de Signa, cum decimis, & omnibus earum pertinentiis; Villas quoque & alias possessiones, sicut in privilegio & donatione bonæ memoriæ Jacobi Episcopi Fesulani nominatim vobis concessæ sunt. Prohibemus etiam, & Apostolica auctoritate interdicens, ne alicui omnino liceat, idem Monasterium in alium Ordinem transmutare, vel Episcopalem Sedem ibi transferre, absque Rom. Pontificis auctoritate. Obeunte te vero, nunc ejusdem loci Abbate, nullus ibi qualibet subreptionis astutia, vel violentia præponatur, nisi quem fratres ipsius loci communi assensu, vel pars sanioris consilii, secundum Dei timorem, & B. Benedicti regulam, canonicè providerint eligendum: qui Fesulano Episcopo, si canonicè fuerit, & gratiam atque communionem Sedis Apostolicæ habuerit, eamque gratis, & absque aliqua pravitare exhibere voluerit, benedictionem suscipiat. Alioquin, liceat ei quemcumque maluerit adire antistitem, qui nostra fultus auctoritate, quæ postulatur, indulgeat. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse concedimus, ut eorum devotioni, & extremæ voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi fortè excommunicati sint, nullus obstet: salvâ tamen justitiâ Matricis Ecclesie. Monasterium quoque S. Salvatoris de Alena, quod sub ejusdem S. Bartholomæi Monast. esse cognoscitur, liberam sepulturam concedimus, sicut etiam hæcenus habuisse dignoscitur; laborum quoque manuum vestrarum decimas, tam vobis quam vestro Monasterio sancti Salvatoris, in usus pauperum habendas largimur. Prohibemus insuper, ut nulli omnino hominum fas sit, eidem Monasterio, sive S. Salvatoris Monasterio, divinum officium interdicare, præter Romanum Pontificem, aut Legatum ipsius: vel indebitas exactiones imponere: seu aliquibus injustis vexationibus ausu temerario fatigare. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, &c. Si qua igitur &c. Cunctis autem &c. Amen.

Episcopalis Sedes illuc non transferenda.

Abbas a Monachis eligendus.

Et a Fesulano Episcopo, si Catholicus fuerit, conferendus.

Libera pro defunctis cujuscumque generis sepultura.

Omnimoda exemptio decimarum solatione.

omniumque interdictione.

Solite conclusiones.

Innocentii PP. & S. R. Eccl. Cardd. sub scriptioes.

EGO INNOCENTIUS Catholica Eccl. Episc. fs. Ego Conradus Sabinensis Episcopus fs. Ego Albericus Ostiensis Episcopus fs. Ego Stephanus Prænestinensis Episcopus fs. Ego Gerardus Presb. Card. tit. sanctæ Crucis in Hierusalem fs. Ego Martinus Presb. Card. S. Stephani in Coelio monte fs. Ego Manfredus Presb. Card. tit. S. Sabine fs.

Ego

Ego Boethius Presb. Card. tit. S. Clementis fs. Ego Guido Presb. S. Laurentii & Damasi fs. Ego Gregorius Diac. Card. SS. Sergii & Bacchi fs. Ego Octavianus Diac. Card. tit. S. Nicolai in carcere fs. Ego Guido Diac. Card. S. Apollinaris fs. Datum Laterani per manum Baronis Cappellani, & Scriptoris. X. Kal. Octob. Ind. V. Incarn. Dominicæ anno MCXLI. Pontificatus vero Domini Innocentii II. anno XII.

Dat. die 22. Septemb. an. Dom. 1141. Pont. an. xii.

In Chronica Monasterii hujus editi Grævold. pag. 171.

Exordium.

Monasterium sub prote. Sedis Apost. recipit.

Bonique omnia & possessiones ei confirmat.

Decimas ab eo exigi prohibet.

Monachos ordinarii jurisdictioni subicit.

LXXIII.

Monasterium Reicherspergensis sub protectione Sedis Apostolicæ suscipitur, confirmatque bonis omnibus, plura Monachis & Præposito conceduntur privilegia.

Innocentius Episcopus, Servus Servorum Dei, dilectis filiis, Gerhobo Reicherspergensis Ecclesie Præposito, ejusque fratribus tam presentibus quam futuris, regulariter substituendis, in perpetuum.

Plæ postulatio voluntatis effectu debet prosequente compleri, & justis petentium desideriis congruum decet nos impertiri suffragium. Eapropter, dilecti in Domino filii, venerabilis fratris nostri Conradi Salzburgenis Archiepiscopi precibus inclinati, petitiones vestras rationabiles libenter admittimus, & Monasterium vestrum, quod est in Episcopatu Patavienfi, & fundo Salzburgenfi Ecclesie situm, in quo divino mancipati estis officio, sub Apostolica Sedis ac nostra protectione suscipimus, & presentis scripti privilegio communimus; In primis siquidem statuentes, ut tam in vestro quam in Monasterio sanctimonialium vobis subdito, Ordo Canonicus juxta B. Augustini regulam perpetuis temporibus inviolabiliter conservetur. Præterea quascumque possessiones, quæcumque bona, eadem Ecclesia impræsentiarum justè & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus, & illibata permaneant; In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: fundum videlicet & plebem Reicherspergensis cum decima & jure parochiali, cappellam S. Martini cum suis pertinentiis, vineas in Aichab, villam Crovuat, & reliqua prædia a Vuenenhero loci ipsius fundatore oblata, patellam salis in Halla, & reliqua prædia, a prænominato fratre nostro Salzburgenfi Archiepiscopo Ecclesie vestre collata, Hostat, & alia prædia, quæ Ruopertus obtulit, prædia, quæ Fridericus donavit, prædia, quæ fuerunt Eglolfi & Eberhardi, cum eorum decimis, ab Episcopo Frisingensi vobis concessis, & vineas emitas in Eremesa, & ea, quæ Dux Luitpoldus contulit. Sane laborum vestrorum, quas propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis vestrorum animalium, nullus omnino Clericus sive laicus decimas a vobis exigere præsumat. Ecclesiastica nimirum Sacramenta a Dicecesano accipietis Episcopo, vel a Salzburgenfi Archiepiscopo, si quidem gratiam & communionem Apo-

stolica Sedes habuerint, & si ea gratis & sine pravitare voluerint exhibere; alioquin, liceat vobis pro eorumdem Sacramentorum susceptione catholicum, quem malueritis, adire Antistitem; qui nostra fultus auctoritate, quod postulatur, indulgeat. Et quia sic locus vester est institutus, ut Salzburgenfi Ecclesie principalis Advocatus, ipse quoque loci sit Advocatus, neque ipsi, neque alicui Subadvocato ejus, eundem locum liceat injustis gravaminibus infestare. Quod si fecerit, & vobis conquerentibus, non emendaverit, consilio & auxilio præfati Archiepiscopi, ipsa advocatia ab inutili auferatur, & alius loco ejus substituitur. Obeunte vero te, nunc ejusdem loci Præposito, vel ad alterius Ecclesie regimen transeunte, sive tuorum quolibet successore, nullus ibi qualibet surreptionis astutia vel violentia substituitur vel proponatur, nisi quem fratres communi consensu, aut pars sanioris consilii, secundum Dei timorem, & B. Augustini regulam, canonicè providerint eligendum. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse concedimus, ut eorum, qui se illic sepeliri deliberaverint, extremæ voluntati, & devotioni nullus obstet, nisi fuerint excommunicati: salvâ tamen justitiâ matricis Ecclesie. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, præfatum Cœnobium temerè perturbare, aut ejus bona, vel possessiones auferre, vel ablatas temerè retinere, minere, seu quibilibet indebitis exactionibus vel molestiis fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salvâ nimirum Salzburgenfi Archiepiscopi, & Patavienfi Episcopi debitâ justitiâ. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularive persona, hanc nostræ constitutionis paginam, sciens, contra eam temerè venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua reatum suum correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore & Sanguine Dei & Domini nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtè ultioni subjaceat. Ad hæc etiam interdicens, ut nemini professio- nis vestre facultas sit alicujus levitatis instinctu, vel arctioris religionis obtentu, sine Præpositi vel Congregationis licentia de clastro discedere: quod si discesserit, nullus Episcoporum, nullus Abbatum, nullus Monachorum sine communium literarum cautione eum suscipiat, quantum videlicet in Ecclesia vestra Canonici Ordinis tenor, Domino præstante, vigerit. Si vero, secundo vel tertio vocatus, redire contempserit, liceat ejusdem loci Præposito canonicam in eo proferre sententiam. Cunctis autem eidem Ecclesie justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi; quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Judicem præmia æternæ retributionis inveniant. Amen.

Advocato vero omnem Monast. gr. vandi facultatem admittit.

Præpositum a folis Monachis eligi decernit.

Monasterium liberum ab omni molestia declarat.

Salvo tamen jure Salzburgenfi Archiep. & Ep. Patavien. Violatores pagine hujus percuteant anathemate.

Præposito facultatem concedit Canonici subijciendi pœnis Monachos, si a Monasterio absque eius licentia, & admōniti ad claustra redire recusaverint.

Innocent. PP. & S. R. Eccl. Cardd. sub scriptioes.

Ego Hu-



Ego Ubaldus Presb. Card. tit. S. Praxedis.  
Ego Ubaldus Presb. Card. tit. SS. Joannis & Pauli.  
Ego Vassallo Diac. Card. S. Eustachii.  
Ego Petrus Diac. Card. S. Mariæ de Porticu.  
Dat. Laterani VI. Id. Jan. per manum Gerardi Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbyteri Card. & Bibliothecarii, Indict. V.

Dat. die 7. Januarii anno Domini 1142. Pontif. anno 11.

LXXIV.

Confirmatio honorum, ad Tolosanam Ecclesiam pertinentium, quæ nullo modo auferri vel alienari posse, statuitur.

Innocentius Episcopus, Servus Servorum Dei, venerabili fratri Raimundo Tolosano Episcopo, ejusque successoribus canonicè substituendis, in perpetuum.

Ex Tom. I. Gallia Christi. edit. an. 1656 pag. 683.

Ecclesia beati Stephani Tolosana sub protectione Sedis Apost. suscipitur;

Ejusque bona omnia confirmantur.

Que nec post Episcopi obitum pervadit, Neve alio modo vendi aut alienari sine Capituli consensu statuitur.

Decretum immunitatis.

Cum solis clausulis.

Innoc. PP.

EGO INNOCENTIUS Catholice Ecclesiæ Episcopus subscripsi.

Ego Conradus Sabinensis Episcopus.  
Ego Stephanus Prænestinus Episcopus.  
Himinarius Tusculanus Episcopus.  
Guido S. Romanæ Ecclesiæ indignus Sacerdos.  
Martinus Presb. Cardin. tit. S. Pastoris.  
Guido Presb. Card. tit. S. Cæcilie.  
Gregorius Diaconus Cardin. S. Sergii & Bacchi.  
Otto Diaconus Cardin. S. Georgii ad Velum aureum.  
Guido Diaconus Cardin. SS. Cosmæ & Damiani.  
Geraldus Diaconus Cardin. S. Mariæ in Domnica.  
Octavianus Diaconus Card. S. Nicolai in carcere.  
Petrus Card. sanctæ Mariæ in Porticu.  
Nicolaus Diacon. Card. sanctæ Romanæ Ecclesiæ.  
Datum Lat. per manum Geraldus S. Roman. Eccl. Presbyteri Card. ac Bibliothecarii. XIII. Kal. Maii, Indictione V. Incarn. MCXLII. Pontificatus vero Innocentii II. Papæ, anno XIII.

Dat. die 19. Aprilis anno Domini 1142. Pont. an. XIII.

LXXV.

B. Eusebii Canonorum Vercellen. Ecclesia sub protectione Sedis Apostolicæ recipitur, cujus bona omnia confirmantur.

Innocentius Episcopus, Servus Servorum Dei, dilectis filiis, Abraham Archipresbytero, & Canonicis majoris Vercellenfis Ecclesiæ, tam presentibus quam futuris canonicè substituendis, in perpetuum.

Ex Ughell. Ital. Sac. ubi de Vercellen. Episcopis.

Exordium.

Quod B. Eusebii Ecclesia sub protectione sit Sedis Apost.

Quod bona omnia firma semper erunt.

& libera ab omni vexatione.

Quod antea mari subiciantur, qui hæc statuta violaverint.

IN-

& S. R. Ecl. Cardd. sub-  
scriptions.

EGO INNOCENTIUS Catholice Ecclesiæ Episcopus.  
Ego Conradus Sabinensis Episcopus.  
Ego Albericus Ostiensis Episcopus.  
Ego Martinus Presb. Card. S. Stephani.  
Ego Guido S. R. E. indignus Sacerdos.  
Ego Status Presb. Card. tit. S. Sabinæ.  
Ego Guido Presb. Card. S. Chryzogni.  
Ego Rainerius Presb. Card. tit. S. Priscæ.  
Ego Petrus Presb. Card. tit. Pastoris.  
Ego Goizo Presb. Card. tit. S. Cæcilie.  
Ego Ubaldus Presb. Card. tit. SS. Joannis & Pauli.  
Ego Thomas Presb. Card. tit. Vestinæ.  
Ego Otto Diac. Card. S. Georgii ad Velum auri.  
Ego Guido Diac. Cardinalis SS. Cosmæ & Damiani.  
Ego Greg. Diac. Card. SS. Sergii & Bacchi.  
Ego Vassallo Diac. Card. S. Eustachii.  
Ego Ubaldus Diac. Card. in Via lata.  
Ego Gerardus Diac. S. Mariæ in Domnica.  
Ego Octavianus Diac. Card. S. Nicolai in carcere.  
Ego Guido S. R. E. Diac. Card.  
Ego Petrus Diac. Card. S. Mariæ in Porticu.  
Ego Guido S. R. E. Diac. Card.  
Datum Laterani per manum Gerardi S. R. E. Presb. Card. ac Bibliothecarii, VII. Kal. Maji Indict. II. Incarnationis Dom. anno MCXLII. Pont. D. Innocentii II. Papæ anno XIII.

Dat. die 25. Aprilis anno Domini 1142. Pontif. anno XIII.

Ex Biblioth. Cluniac. Martini Marrier. col. 1340.

Exordium.

Monaster. de Letdecumba Cluniac. additur.

Cum solis clausulis.

LXXVI.

Monasterium de Letdecumba, a Stephano Anglorum Rege Cluniacensi Monasterio donatum, eidem confirmatur.

Innocentius Episcopus, Servus Servorum Dei, dilecto filio Petro Cluniacensi Abbati, ejusque fratribus tam presentibus quam futuris regulatiter substituendis, in perpetuum.

Ad hoc in Apostolica Sedis regimine, disponente Deo, promoti sumus, ut piis votis assensum præbere, aureque nostras inclinare justis petitionibus debeamus; quia, sicut in iusta postulationibus nullus est tribuendus effectus, ita legitima & justa postulantium non est differenda possessio. Ea propter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus gratum impertientes assensum, Monasterium de Letdecumba, quemadmodum ad illustri viro Stephano Anglorum Rege, cum consuetudinibus & libertatibus illi pertinentibus, & omnibus suis appendiciis, de proprio dominio suo vobis devotionis intuitu concessum est, & scripto suo firmatum, pro centum videlicet marcis argenti, quas Henricus bonæ memoriæ Anglorum Rex, prædecessor illius, de thesauro suo annis singulis persolverendis vobis concesserat, auctoritate apostolica vobis, & per vos Cluniacensi Monasterio, confirmamus, & presentis scripti paginâ communimus. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularive persona, hujus nostræ confirmationis paginam sciens, contra eam temerè venire tentaverit, secundò tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, Bull. Rom. Tom. II.

reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei & Domini nostri Jesu Christi Redemptoris aliena fiat, atque in extremo examine districtè ultioni subjaceat; Observantibus autem sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen.

EGO INNOCENTIUS Catholice Ecclesiæ Episcopus fs.

Innocentius PP.



Ego Conradus Sabinensis Episcopus fs.  
Ego Albericus Ostiensis Episcopus fs.  
Ego Martinus Presb. Cardinalis tit. S. Stephani fs.  
Ego Status Presb. Cardinalis tit. S. Sabinæ fs.  
Ego Guido Presb. Cardinalis tit. S. Chryzogni fs.  
Ego Goizo Presb. Cardinalis tit. S. Cæcilie fs.  
Ego Ubaldus Presb. Cardinalis tit. SS. Joannis & Pauli fs.  
Ego Rainerius Presb. Cardinalis S. Priscæ fs.  
Ego Otto Diaconus Cardinalis S. Georgii ad Velum aureum fs.  
Ego Guido Diaconus Card. SS. Cosmæ & Damiani fs.  
Ego Gerardus Card. S. Mariæ in Domnica fs.  
Ego Octavianus Diaconus Card. S. Nicolai in carcere fs.  
Ego Petrus Diaconus Card. S. Mariæ in Porticu fs.  
Datum in Monte Tiburtino per manum Gerardi S. R. E. Presb. Card. ac Bibliothecarii, XIV. Kal. Junii Ind. V. Incarn. Dominicæ anno MCXLII. Pontificatus vero Domni Innoc. II. Papæ anno XIII.

& S. R. E. Cardd. sub-  
scriptions.

Dat. die 19. Maii anno Domini 1142. Pontif. anno XIII.

LXXVII.

Ad omnes Archiepiscopos, & Episcopos in idem argumentum.

Innocentius Episcopus, Servus Servorum Dei, venerabilibus fratribus Archiepiscopis, & Episcopis, ad quos literæ istæ pervenerint, salutem & Apostolicam benedictionem

Liberalitatis laudabile genus est, ut qui se beato Petro, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, humili devotione exponunt, majorem familiaritatis prærogativam & digniora beneficia sortiantur. Quam gratum Deo Cluniacense Monasterium famulatum impendat, & quantum apud homines nitore religionis fulgeat, Ecclesiæ Dei novit, & vehementer exultat. Aequitatis igitur postulat ratio, ut idem Locus Apostolicæ dilectionis privilegio gaudeat, & tam in capite, quam in membris libertatem obtineat. Nos siquidem Monasterium ipsum, quod specialiter ad jus

Exordium.

jus